

B. M. II, 172.

f. 34, 1.

X 187 93 11

II K
3466

FORTUNANTE SUMMI TRIBUNALIS PRAESIDE.
EXERCITATIO ACADEMICA JURIS PUBLICI

De
ILLUSTRIORIBUS IMPERII GERMANICI

DICASTERIIS,

CAMERALI,

AULICO,

ROTWILENSI,

QUAM

MAGNIFICI AC NOBILISSIMI ICTORUM ORDINIS

Indultu in Illustri hac Salana

moderante,

V I R O

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo

D N. JOH. VOLK. *Bechmann* /

ICto & Antecessore in inclyta hac Salana ce-

leberrimo, Consiliario Saxonico, Curiae Provincia-

lis & Scabinatus, nec non Facultatis Juridicae Adessore

gravissimo.

Dn. Patrono Praeceptore ac Promotore ea, qua par est, observantia

etatem colendo

Publico Eruditorum disquisitioni submittit

CHRISTIANUS à *Bülow* / Nobilis Megapolitanus

A U T O R.

In publico *θεμιστοφιλέντων* Auditorio.

ad diem Maji M. DC. LXVI. horis consuetis.

JEHNÆ, Literis NISIANIS,

1815





prob
cello
stiru
redo
cenc
befa
aut
fed
cora
dici
ind
afyl
adm
ulti
tan
run
tun
sua





I. N. J.

PRAEFAMEN.



um tanta sit in omnem peccandi licentiã naturæ humanæ propensio, ut nisi mediis severis cohibeatur, ima summis, cœlum terræ misceat, medio opuse est, quo huic rerum pub. malo eatur obviam, illud verò commodissimè ostendit justitia, quæ improbis hominum studiis compescendis & intra officii cancellos retinendis intercedit. Ejus autem officinam constituunt judicia, in quibus factorum non tantum ratio reddenda est verum etiam vis Legum in litigantes exercenda, ne infinitis discordiarum studiis civilis societas labefactetur. Cum ergo nemo sibi metipsum litem dirimere aut jus dicere debeat. *tot. tit. Cod. ne quis in sua caus. judic.* sed proposita competenti actione, id quod sibi debetur coram iudice in iudicio persequi *pr. Inst. de action.* ideò iudiciorum universalium ac particularium tribunalia hinc inde constituta sunt, quæ veluti justitiæ ac æquitatis asyla contra improborum hominum injurias læsos admittunt, neve quisquam sibi permittere valeat ultionem. *leg. nullus. 14. C. de Jude. & Cœlicol.* quod tantopere in jure Civili exasperatur, ut si quis rerum suarum apud alium constitutarum possessionem ante adventum judicialis arbitrii violenter invaserit, Dominium rei suæ amittat *per leg. si quis in tantum Cod. unde vi.* Ex qui-

A 2

bus

bus satis luculenter patet , quam necessariae & salutare
sunt conservandae societatis & justitiae judiciorum ordi-
nationes. Autoritas verò, Amplitudo atq; Majestas eo-
rundem non aliundè magis perspicitur quam quod ex u-
niverso hoc rerum systemate nihil sit divinae Majestati
gratius, propius, conformius. Deus ipse supremus justiti-
ae arbiter ab ipsis mundi cunabulis & exercuit & exerce-
ri fecit judicia, sacro Codice hoc satis firmiter evincente.
*add. Rittersbus. in Comment. ad Novel. Just. part. 9. c. 1. Omnes igitur rerum publ. rectores & civilis prudentiae anti-
stites, nihil ducant antiquius, nihil majoris curae, quam ut
ejusmodi vigentis justitiae atria vel si deficiunt constitu-
antur aut si adsint sollicitè facta tecta conserventur, cum
ex ipforum vigore publica salus pendere videatur. Quod
egregiè demonstravit, Illustris, Generosus atq; Magnificus
Dn. Vitus Ludovicus à Seckendorff / Sereniss. Sax. Ducis ac
Domini, Dn. MAURITII, in sanctiore Senatu Consiliarius &
Cancellarius, Consistorii itidem Citizensis & Curia Provin-
cialis, quae Jenae est, Praeses eminentissimus, Dn. Patronus
ac Mæcenas meus Optimus Maximus, plusquam filiali obser-
vantia cultu aeternum suspiciendus, in part. 2. des teutschen
Fürsten-Staats / per tot cum primis verò c. 9. von Bestellung
einer Rathstuben oder Canzelen / c. 9. von peinnigl. Hoff-
und Landgerichten / c. 12 von Bestellung ein geistl. Consisto-
rii.* Accedit litigantium multitudo, quibus suum cui-
que tribuendi officia cum sustinere unus non poterit, spe-
ctatae prudentiae Principes reip. curam habituri eo confi-
lia ac conatus direxerunt praecipuè, ut quibus rebus soli
non sufficerent expediendis, aliorum prudentiae ac dexte-
ritate committerentur; quo factum ut gubernatio reipub.
levior fuerit & locus justitiae amplior. Quo collimant
verba

verba Reichs Abscheid zu Augspurg de anno 1530. §. Weiter
nachdem Churfürsten / *ib.* Damit dann in H. Röm.
Reich Gericht und Recht / davon alle Einigkeit und Fried
entstehet / *Et.* His potissimum causis varia ac celebria
passim in Regnis surrexere judicia. Hinc judiciorum
publicorum per Galliam & Britanniam, quæ vocant Par
lamenta, Consiliorum per Hispaniam florentium natales.
Nec defuit nostræ Germaniæ judiciorum gloria, quibus
præ aliis Gentibus inclaruit sive veterem sive coætaneam
ipsius faciem contemplamur. Veterem quod attinet, ab
ævo Caroli M. sub quo Imperium à Romanis ad Germa
nos transit, reperimus fuisse publicos in Imperio Judices
1. universos ordines in Concilio congregatos. 2. Ipsum
Regem. 3. Duces, Graviones & Comites à Regibus consti
tutos. 4. Episcopos. 5. Legatos Cæsaris vel ut vocabant Mis
sos Regis, hi dirigebat judicia publica. Sub Regno Franci
co judicia, ut quidam referunt, exercuerunt Episcopi, quibus
data erat jurisdictio in omnes suos Cleros, nisi fortè dolo
vel injustitia convicti, partes litium ad Rom. Pontificem
provocarent. Rex verò quia omnibus causis par esse non
poterat decidendis, in partem earum Comitem Palati
num vocabat, ut is potestate Regis judicaret; Quæ con
suetudo tamdiu obtinuit, quandiu Regnum Franciæ in
stirpe Carolina floruit. Inclytum etiam fuit iudicium
Westphalicum cujus mentionem iniecit Æneas Sylvius
lib. de statu Europæ c. 29. in quo Carolus M. occultos judi
ces posuerat qui communiter tribunalia in sylvis locave
rant & de crimine eorum qui Christianæ religioni renun
ciaturi videbantur sine ulteriori inquisitione ad mortem
damnarunt, quæ quidem judicia tribus seculis fuere cre
dita sed hodiè à viris doctis vix fidem inveniunt.

Post Regnum Francicum, Majestate nempe Imperii ad Saxones & quidem ad Illustrissimam familiam Ducum Brunsvicensium devoluta, Primario floruit iudicium Austregarum s. arbitrarium, quod quando cœpit, incertum est. Communiter tamen creditur cœpisse circa medium seculi XIII. in diuturno illo interregno quod annis ferè 28. duravit. Nam tunc status Imperii erat valdè turbulentus & nulla judicia alia erant. Nihilominus multæ magnæque erant controversiæ Principum, hæ ut componi possent Principes, in iudiciorum publicorû defectu arbitros elegerant, qui ex æquo & bono quod jure stricto non poterant, rem deciderent. Hæ autem Austregæ non autoritate Imperii cæperunt, sed ex privato Principum instituto donec Camera Spirensis conderetur. De quibus Iudiciis vid. prolixè differentes *Atbesii Capitul. & Excellentissimum Dn. Herm. Conringium in Exercit. de Iudiciis reip. Germ.* sed hæc quidem obiter perstringere volui, ad connectendam iudiciorum seriem. Animus verò in præsentia est, tria illa eminentiora judicia, quæ hodierna Imperii Germanici facies repræsentat, videlicet CAMERALE, CÆSAREO-AULICUM & ROTWILENSE perlustrare, non quidem pro materiæ dignitate, & horum iudiciorû amplitudine, quippè quorum unumquodq; integrum tractatum exigere posset, sed pro ratione exercitii & ingenii modulo, cujus vires in hoc vastissimo scribendi campo eo libentius juvat experiri, quo magis videtur sufficere in magni tantùm voluisse. Adsit cœptis superna benedictio, summusque justitiæ Præses titubantem calamum suo regat moderamine.

¶

D.E

DE DICASTERIO CAMERÆ

CAPUT I.

SECTIO I.

DE

Ejus Origine & Institutione.

§. I.

Antequam rem ipsam aggredior, placuit paucula de judiciis in genere prælibare. Quemadmodum autem, teste facundiæ Principe Cicerone, nervus totius tractationis est definitio, judicium in generali suo significato definimus, quod sit legitima rei controversæ apud judicem disceptatio & dijudicatio. *Obrecht. disput. 11. tb. 3. Treutl. part. 1. disput. 12. tb. 1. Rittersb. d. c. 3. n. 3.* Vox autem judicii variè in jure sumitur, prout observavit acceptiones ejus ferè 23. *Rittersb. d. part. 9. c. 3. n. 1.* plerumque tamen vel pro ipsis controversiis judicialibus vel pro tribunali & loco, ubi judicia exercentur, l. 2. *Et tot. tit. π. si quis caut. in judic.* quem posteriorem significatum sibi vindicat judicium Camerale. Quod definitur supremum Imperii Tribunal, quo apud Imperii judices sive Adseffores legitima rei controversæ inter litigantes tractatio instituitur, prout habet *Daniel Otto in sua dissert. de jure publ. Imper. Rom. Et Georg. Schönborn. l. 5. Pol. cap. 20.*

§. 2. Denominatur autem Spirensis ab urbe Spira Nemetum in inferiori Palatinatu ad flumen Rheni sita, cui Augustanis Comitibus anno 1530. ad perpetuitatem consecrata fuit, cum antehac variè ac vagabundè de loco in locum migravit; A Wormatia enim, ubi primò institutum fuit, anno 1501. Noribergam, ab ea deindè an. 1504.

Ra-

Ratisponam, rursus anno 1511. WORMATIAM & anno 1521.
Noribergam, posthac Eslingam anno 1524. ac tandem an-
no 1527. Spiram translatum & in Comitibus Augustanis 1530.
communi Cæsaris ad ordinum consilio fixa ibidem sede locatum
est. Causam condendi hujus judicii præbuit ingens litium
incrementum, quibus indies succrescentibus, cum Judicium
Cæsareo-Aulicum non videretur sufficere, plura videban-
tur requiri ad causarum expeditiones. Accedebant præ-
terea graviora, queis Imperatores implicabantur bella, ut
negotiis hisce judicialibus obeundis vacare aut pares esse
non possent sicut testatur Maximil. I. Imperator in R. A.
zu Erier und Colln de anno 1552. §. Zum Dritten/ ibi:
Dieweil wir ohn unterlaß mit so schweren Kriegs-Ge-
schäften beladen sind und angefochten werden / daß wir in
solehen Parteyen Handeln/ nicht stattlich genug auswar-
ten mögen/ als wir / wo wir nicht so treffentlich bemühet
werden/ gerne thäten. Imò clientibus ipsis grave & in-
commodum erat, longis itineribus rei familiaris sæpè ja-
cturâ conjunctis Aulicum forum sectari.

§. 3. Hisce satis prægnantibus causis permotus Ma-
ximilianus I. ut Aulam Cæsaream forensibus curis, liti-
gantes incommodis levaret, Cameram Imperialem statu-
um consensu Anno 1495. WORMATIÆ fundavit vid. R. A.
zu Worms sub tit. Ordnung der Röm. Königl. Majestät
Cammergerichts; Neque huic opinioni adstipulandum,
qua vulgò creditur causam condendi hujus judicii fuisse
quod judicium Regium una cum Cæsare ambulatorium
esset, cum ab antiquissimis temporibus illud semper fue-
rat vagum, nec tamen ulla hætenus necessitas exegerat
locum aliquem illius judicii statum. At verò accedente
litium copia sanè necessarium fuit constans tribunal in-
stitue-

stituere, quod velut in medio adversus vim & injustitiam
præsidium & asylum esset; ideòque Spiræ ad perpetuam
justitiæ administrationem fixum est ac stabilitum, de
quo sine testatur Carolus V. in Ordin. Camer. anno 1521.
in pr. & Recess. August. anno 1566. §. Nachdem der gemei-
ne Frieden im Reich deutscher Nation in Religion- und
profan-Sachen ohne beständiges gleichmessiges Recht
nicht zu erhalten: Derowegen unser Kayserlich Cammer-
Gericht anfänglich/ damit männiglich mit wenigster Bes-
chweruß zu seinen Rechten verholffen werden möchte/ ges-
ordnet und aufgerichtet.

§. 4. Ea autem conditione ac legibus hic locus Ca-
meræ est destinatus, ut sine Imperatoris & Procerum Im-
perii consensu transferri nequeat. R. A. zu Augspurg d.
anno 1530. §. Darzu meynen und wollen wir 83. ibi: Daß
nun hinfürder unser Cammer-Gericht aus obangezeigten
Ursachen stetigs zu Speyer bleiblich seyn und gehalten/
und sonst nirgend anders wohin verändert werden sol/ es
beschehe dann mit unserm/ auch Churfürsten/ Fürsten und
Ständen Wissen und Willen. Hoc tamen cum tempera-
mento id accipiendum, nisi fortè bello vel morbi conta-
gio ingruente, quo casu accedente Imperatoris venia ad
tempus transferri non prohibetur. *vid. C. G. D. part. 2. tit.*
34. R. A. de anno 1570. §. Dieweil dann auch 103. ibi: Daß
Cammer-Richter und Besizer/da die solche Translation
hierzu nehmen bedacht/ und dasselbe zeitlich zuschreiben
sollen etc. Fuit tamé superiori tempore in Instrumento pa-
cis Suecico consultum de loco Camerae transferendo ad lo-
cum commodiorem; propterea, quod in Germaniæ fini-
bus vel in confinibus Lotharingiæ sita esset. Repræsen-
tat autem judicium Camerale non tantum ipsum Impe-

B rato-

ratorem verum etiam universum Imperii Senatum. *vid. Ordin. Camer. part. 1. tit. 8. & memorial. anno 1570. ibi.* Daß die Beyfizer neben dem Herrn Cammer-Richter die Kayserl. Majest. Chur- und Fürsten / und alle Stände des Reichs repræsentiren; quæ causa est, cur morte Cæsaris hujus judicii jurisdictio non exspiret. Hinc speciosis titulis passim in Constitutionibus Imperialibus Camera honestatur. Modo summum & supremum omnis justitiæ domicilium, it. illustre totius Germaniæ Palladium, sæpius autem Camera Imperii vocitatur. quia videlicet causæ Imperii ibi disquiruntur ac pertractantur.

§. 5. Sed non confundenda est cum illa acceptione qua per Cameram Imperialem commune Imperii ærarium denotatur; neque cum illa, qua Camera Imperatoris dicitur, quicquid ad substantiam vel patrimonium Cæsaris spectat. *vid. Bart. d. n. 7. Kayserliche Cammer-Güter/ so dem Kayser allein zugehören.*

SECTIO II.

DE

Ordinatione hujus judicii.

CONSTAT autem Camera ex judicio audientiæ, ut vocant, & Senatus. Illud est Confessus Præsidis & Adfessorum, in quo jurati Cameræ Procuratores audiuntur. Judicium verò Senatus est colloquium Præsidis & Adfessorum in quo de rebus in audientia propositis consultatur. Ubi notandum, quod Amplissimus hujus judicii consensus constet Judice ab Imperatore constituto Comitivæ aut saltè Baronalis dignitatis. Huic adjungit Cæsar alios duos ejusdem stemmatis, præterea duos ad-

huc

vid. Das Kay des faris tis ti- ho- titia sapi- aufa tione erari- toris Cæsa- inter/ at vo- & Ad- antur. Adfes- fulta- iudicii to Co- jungit os ad- huc

huc Jctos, adeoq; Cæsar præter Præsidentem constituit IV. Adfessores, reliqui è Sex Imperii Circulis mittuntur, licet hodiè totum Imperii corpus in decem Circulos describatur, tamen in fundatoris Camerae honorem, divisio illa Imperii retinetur, ita nimirum ut sub illis sex circulis reliqui quatuor contineantur.

§. I. Olim Camera ex iudice s. Præatore & viginti quatuor tantum constabat Adfessoribus, referente *Arnis. l. 2. Rhet. Polit. cap. 6. de stat. I. R. S. 5. n. 21.* His verò tempore Maximil. II. adhuc superadditi fuere octo ut liquet ex R. I. de Anno 1566. *so sehen ordnen und wollen wir.* Et denuò in Comitibus Spirensibus de anno 1570. novem alii inducti sunt, quemadmodum videre est ex illius anni Recessu §. Diweil. Tandem nuper in Instrument. pac. multiplicatis negotiis numerus Adfessorum ad quinquaginta fuit auctus, ita tamen ut dimidia eorum pars sit ex Protestantium, dimidia, & quod excurrit, ex Pontificiorum cœtu adscripta. Quin imò eo deducta res est, ut ipse Cæsar duos Evangelicos Adfessores constituere teneatur. *per Instrum. pac. art. V. §. 2.*

§. 2. Electores quoq; singuli hodiè Adfessorem constituunt, sed non ultra septem florente quamvis Octumviratu. Excipitur enim Rex Bohemiae, nam hic nihil confert ad Cameram quia sui juris est ideòque nullum mittit Adfessorem, cum cæteri tam Electores quam Principes omnesque Imperii ordines collatis sumptibus Cameram ita sustentent, ut ad illam conservandam è singulis Circulis tributa colligantur, quæ quidem non nisi ad Adfessorum salaria spectant, nam cæteri sumptus omnes ex fisco Camerae subministrantur. Notari hic meretur quænam ad Adfessorem potissimum requirantur. Nam i. oportet

B 2 eum

eum legitimis esse natalibus clarum, secus non admittitur
2. natione Germanum 3. solidè in jure per quinquennium
plerùmque edoctum. 4. uni Religioni ex his duabus, vel
Protestantium, sub qua hodiè & Calviniani continen-
tur, vigore *Instrum. pac. Osnabrug. in artic. 15.* vel Pontifi-
ciorum addictum.

§. 3. Hic non incongruè inseritur Quæstio. Utrum
Reformati, uti vocantur, possint esse Adsesores Camerae?
Negat. videtur inferre *Instrum. pac. tit. 5. pag. 20.* ubi nulla
fit mentio Reformatorum sed tantum addictorum Au-
gustanæ confessioni, nam si voluissent eos subintelligere
& comprehendere, utique nomen eorum expressissent in
specie, quod non fuit factum. *Sequenti articul. 7. in princ.*
& articul. 15. in pr. hinc præsumtio est contra reformatos.
Pro affirmat: autem militare videntur sequentia, nem-
pè 1. quod olim jam tum fuere constituti ex Reformatis
Adsesores, ut ex *Job. Grotio Calvino refert Limneus. 2.* quod
hodiè post *Instrum. Pac. Osnabrug.* plenariè omnium ju-
rium ex pace Religiosa provenientium sint participes *d.*
articul. 7. in pr. & articul. 15. in pr. imò res ipsa comprobatur,
cum unus hodiè Reformatæ in Senatum Camerae est co-
optatus. *N. A. d. anno 1654. §. Doch sol darbey 23.* Ex quo
elicitur ratio decidendi, quod propterea reformati non
amplius excludantur à Camerae Imperialis consensu licet
ibi tit. 5. non exprimentur, sed potius ex subjunctis ratio-
nibus intrepidè asserendum statibus Reformatis jus re-
præsentandi Adsesores. Cui sententiæ etiam suffraga-
tur *Nobiliss. Dn. Præses Jctus consummatissimus Patro-
nus ac Præceptor meus pie sanctèque devenerandus, in suo
Collegio J. P. in Q. utrum reformati possint esse Adsesores
Camerae?*

SE.

SECTIO III.

DE

Causis ad hoc iudicium spectantibus.

Actum hætenus fuit de Ordinatione Cameræ; jam ratio ordinis requirit, ut de eius objecto seu causis ad illam devolvendis dispiciamus. Quod commodissimè fieri potest, si planum erit quænam in illam non recipiantur. Certum enim est exceptione facta in uno casu & secundum certas qualitates in aliis omnibus servari regulam generalem *juxta Menoch. consil. 14. n. 29. & consil. 148. n. 32.*

§. I. Sciendum itaque est. Quod ad Cameram non videntur pertinere causæ spirituales seu matrimoniales, videlicet, ne his admittis cæteræ retardentur; ut disertè tradit *Mynsing. 1. observat. 100.* & in Comitibus Spirensibus Anno 1570. celebratis extat memoriale aliquod à Cæsare ad Cameram delatum, in quo quidem expressè continetur ne in Camera causæ matrimonii suscipiantur, quod matrimonium sit res spiritualis & ecclesiæ sacramentum. Verùm his acriter se opponunt tanquam rationibus errores Papisticos redolentibus Protestantes, nec immeritò, cum matrimoniū propriè non est res spiritualis nec sacramentum, sed contractus civilis adeoque in foro civili tractandus. Nec obstat quod causæ matrimoniales possint tractari coram Austregis, adeoque non opus sit, ut prægravetur Camera Causarum multitudine, nec quicquam efficit quod ipsa Camera tales causas repudiaverit & sæpius remiserit, cum pro affirm. faciat quod in Instrum. pac. *artic. 5. v. 20.* expressè dicatur causas ecclesiasticas pertinere ad iudicium Camerale, & per consequens ibi-

B 3 dem

dem etiam tractandas ac decidendas. Non ergo vident
nostrates Jcti cur Camera debeat claudi in causa matri-
moniali. *vid. Illustres Decision. Carpsov. part. 3. decis.*
74. Sed hic Quæstio urgeri posset. Si causæ spirituales non
ad Cameram neque ad Imperatorem, ut infra dicitur; ne-
que ad judices Austregarum, ut putat *D. Vultej. d. l. Min-*
dan. d. process. libr. 1. cap. 10. num. 4. cum & hi judices secu-
larem solum usurpent jurisdictionem, sint devolvendæ,
ad quænam judicia ejusmodi lites inter Protestantes sub-
ortæ deferantur. *Resp. cum Dn. Reinking, l. 3. class. 1. c. 10.*
n. 21. & Anton. Fabr. d. Relig. regem l. 2. c. 10. n. 20. Talibus
in causis Evangelici se debent subicere suis Consistoriis,
vel in alterius status Evang. Consistorium conpromittere,
cum etiam per *Transact. Passaviens. & subseq. Pacific. Re-*
ligiosam omnis Episcoporum jurisdictio ecclesiastica sus-
pensa sit. In causis vere decimarum, juris Patronatus, Po-
stulationum, Electionum, Canonicatum & similibus, si
facti quæstio sit, nec præjudicialis, puta in possessorio aut
querela nullitatis, Cameram rectè cognoscere asseverant.
Andr. Gail. 1. observ. 112. n. 17. Thom. Mich. d. jurisd. concl.
39. 40. 41. & 42. Gothofr. Anton. d. jurisd. Cam. tb. 14. Otto
Melander in Comment. Camer. part. 1. pag. 10. & 11. circa fin.
ac seq. Arnoldus Engelbrecht. d. jurisd. conclus. 121. lit. b.

§. 2. Deindè de crimine hæreseos non cognoscit Ca-
mera sed ad Synedria ecclesiastica remittit. *Decian. in pr.*
Criminal. lib. 5. c. 25. & seq. nec de crimine adulterii quo-
ad separationem thori. *vid. Mynsing. cons. 43. n. 34.* Si-
militer ad Cameram non pertinent causæ criminales
quamvis *Petrus Frider. Mindanus. d. process. l. 2. c. 9. à Ru-*
laud. in tract. d. Commissar. p. 1. l. 2. c. 3. in hac controver-
sia planè dissentiat, tamen cum *Ruland. negativá* statuente

no.

nobis omninò faciendū est, si vè de causis criminalibus per
viam appellationis si vè simplicis querelæ ad Camera
devolvendis quæatur. *per Ordin. Camer. part. 2. tit. 28. §.*
it. Nach dem auch. Diversa tamen obtinet ratio in mulctis
in locum pœnæ corporalis non succedentibus, quia in his
in Camera judicari confirmat *Mynsing. 4. observ. 41.*
Deindè in ipsis personis Cameralibus, quia de earum
crimine inquirere & judicare Cameræ nefas non
est. *vid. Ordin. Camer. p. 1. tit. 50. §. ult.* Cœterum in ejus-
modi personis, si capite damnantur, Camera non habet
jus pœnæ capitalis executivum, nec sententiam ad mor-
tem condemnatoriam potest traducere in rem judica-
tam, quia id sibi juris civitas Spirensis vindicat. Camera
verò merum habet imperium quod in cognitione, proces-
su & condemnatione non æque in executione versatur.
vid. Petr. Denais. in disput. de Imper. Thom. Mich. de jurisd.
conclus. 7. in fin. Quod si verò delictum pœnam meretur
modo corporis afflictivam ipsa Camera delinquentem
punit neque ad Senatum civitatis remittit. *vid. Auct. de-*
cis. seu prejud. Camer. verb. Camera & personæ Camera & c.

§. 3. Porro Cameræ cognoscendi ac judicandi fa-
cultas competit in querelâ nullitatis in causa criminali à
parte læsâ intentata; sed requiritur ut iudex de cujus nul-
litate reus querelam instituit, Cameræ immediatè sit sub-
jectus, ita tamen, ut cognito processu causa remittatur ad
iudicem ordinarium secundum juris normam deciden-
da. *juxta tex. in Ordin. p. 2. tit. 28. §. it. Nach dem auch/ver-*
sic. Doch da sich niemand an dem Cammer-Bericht. Cæ-
terum propter solam nullitatis querelam iudici ordinario
sua jurisdictio non facile inhibetur, nisi ea sit notoria. *ut*
ostendit Ruland. de Commissar. part. 1. l. 1. c. 3. n. 2. Præter-
ea

ea si iudex Ordinarius in criminalibus dijudicandis manifestè injustus est, res deferri potest ad Cameraam & pro ratione causæ cognitæ iudex mulctatur. *vid. eam rem la-
tius deducentem Frider. l. 1. de Processib. c. 9. n. 10.*

§. 4. Sed nec in causis solius Imperatoris reservata concernentibus disponere potest Camera. Ut sunt de feudis regalibus cognitio, *2. feud. 25. part. 2. Ordin. tit. 7.* nisi lis sit de rebus singularibus veluti castris, oppidis, villis in principatu vel Comitatu sitis, de quibus Camera rectè cognoscit. ut tradunt *Schrad. D. Gotthofred. & Wilhelm. Anton. dd. ll. corall. 3. D. Reinking. d. l. n. 101.* itè famæ restitutio, privilegiorum & immunitatum Academicarum collatio &c. hæc & similia sub jurisdictionem Camerae non cadunt. Licet quidem diffitendum non sit etiam nonnulla Regalia competere Camerae, ut in Bannum condemnatio, cujus rei evidens extat exemplum Alberti Marchionis Brandenburgici apud Sleidan. *Comment. lib. 25.* Banni tamen fulmine Principem vel alium Statum Imperii sine consensu Imperatoris vel Statuum percutere nequit. *Ordin. Camerae part. 2. tit. 18. §. fin.* Item competit Camerae Regalium privilegiorum ademptio. Banni præterea absolutio & extrema provocatio, respectu videlicet & intuitu jurisdictionis contentiosæ, qua Camera repræsentat Imperatorem ejusque vice judicat.

§. 5. Supra dictum fuit, Cameraam non posse cognoscere & judicare de feudis majoribus, licet in minoribus cognoscendis præventionis locus ei non denegetur. *Gail. observ. 1. n. 32. & 1. observ. 29. n. 2.* Sed in eo cardine præcipua vertitur controversia. An videlicet solus Imperator de feudis majoribus realem dignitatem habentibus annexam possit judicare exclusis Paribus Curia, quales sunt

sunt Electores & Principes Imperii ? Pro affirmativa quidem i. facere videtur regula juris feudalis quod Imperator sit iudex in causis feudorum Majorum 2. *feud. 25. & c. unie. 1. feud. 28.* cujus vi Imperator feuda majora concedit, hinc & de illis judicare debet. 2. Quod in nulla lege publ. Imperii jus speciale quod Fürsten-Recht dicunt exceptum est. *it. in R. Imp. d. anno 1521.* Derselben scil. Feudorum Majorum Erkänntniß wollen wir der Römisch. Kayserl. Majest. oder Ihr Liebden und Kayserl. Maj. uns als Römischen König vorbehalten haben. 3. Quod & hoc fuerit in exemplum traductum. Nam Carolus IV. Imperator, licet antiquam consuetudinem qua Duci Saxoniae & Palatino vacantis Imperii administratio datur, confirmavit, (quam potestatem primum omnium Rudolpho Palatino concessam an. 1250. & subindè continuatã, notat *Goldast. Haiminsfel. in Ration. Constitut. Imperat. ad cap. 5. A. B.*) Exceptit tamen collationem feudorum Principum & eorum quæ Fahnlehn vulgariter appellantur. Quorum investituram, inquit, & collationem soli Imperatori vel Regi Romano specialiter reservamus. *A. B. c. 5. §. 1.* Quem imitatus est Carolus V. in Comitibus Worm. anno 1521.

§. 6. 4. Quod fuerit & hoc re ipsa comprobatum. Sic Sigismundus Imperator id juris sibi vindicavit in Controversia de Ducatu Saxoniae de quo lis erat inter Fridericum Marchionem Misniae & Henricum Ducem Luncburgensem, quorum hic rem definiri à Concilio Basiliensi volebat, repugnante Imperatore & ad se ejus rei cognitionem pertrahente. *Cujac. de feud. l. 1. tit. 15.* Sed his non obstantibus confidenter negativam amplectimur, solidis hisce muniti rationibus. i. enim in patrocinium hujus sententiae habetur specialis constitutio facta Brasiliae in

C verb,

verb. Den Kayser in Sachen/so eines Fürsten Leib=Lehn=
schafften betreffend. 2. De Principis dignitate & statu ne-
mo judicare potest nisi Pares Curiaë, ut habent literæ Impe-
ratoris *ap. Goldast. p. 155. in verb.* Daß Fürsten Sachen nicht
an das Cammer=Gericht/ sondern vor dem Kayser allein
mit Zuziehung der Fürsten=Genossen nach Fürsten=Kahle
sollen gewiesen werden. 3. Cujus etiam olim exemplum
dedit Sigismundus Imperator, cum causam talem inter
Fridericum Saxonie Ducem & Henricum Laurenbergi-
um ad suum & Parium Curiaë judicium revocaverit. 4. Cui
sententiaë omnimodè accedit *Informat. Donavvert. p. 161. in
verb.* Nichts weniger weiß man/ daß in wichtigen Innun-
gen zwischen Churfürsten und Ständen so grosser Conse-
quentz seyn/ die Römische Kayser vorher und noch isiger
Zeit/ als in der Chur=Pfälzischen *tit. Jülischer Succession,*
und Rülheimischen Bau Chur=und Fürsten/welche Kay-
ser Maximil. auf eine Zeit vor seine höchste Räthe gehal-
ten/ billich/ löblich/ recht und wohl zu sich ziehen mit derer
Kahle handeln und den Ausschlag geben.

§. 7. 5. Satis firmitè cautum est in novissima Capi-
tulatione Leopoldina ne Imperator in consultis Electori-
bus & Principibus de feudis regalibus cognoscat, ut apertè
liquet *in artic. 30. 31. 32.* id quod praxis hodierna in no-
stro Imperio Germanico confirmavit & adhuc obser-
vat. Ad dissentientium argumenta facile Respond. di-
stinguendo inter tempora ; olim fortè Imperatori so-
li eusmodi feudorum cognitio relicta fuit, quo respi-
cit *alleg. textus juris feud.* qui loquitur. de veteri Sta-
tu Italiaë Monarchico, quæ ratio in hodierna nostri Impe-
rii Roman. Germanici forma Monarchico-Aristocratica
cessat. Et si quid vigoris etiam in priori seculo obtinuisse

vi-

videtur, id contraria observantia hodiè planè sublatum est. Ita videlicet ut ex citatis rationibus Imperator non per se solum sed nomine Imperii feuda majora conferat & sic etiam solus absque Paribus Curia non debeat judicare, nisi fortè Status consentiant vel non contradicendo approbent.

SECTIO IV.

DE

Processu Camerae.

Omnes in Camera Processus impetrari solent per supplicationes ac preces *C. G. S. part. 1. tit. 22.* quæ vel scripto tam judicialitèr quam extrajudicialitèr exhibentur vel viva voce proponuntur per Recessus orales in publicis audientiis. Sed processus causæ institui non potest, nisi ea præcesserint quæ ei quasi viam sternunt & præparationem, quæ consistit in petitione & supplicatione pro processibus decernendis, in expeditione processuum decretorum, & tandem in insinuatione processuum. Impetrantur autem vel denegantur processus interdum simpliciter & absolutè ob injustitiam causæ, interdum hypotheticè & ratione defectus in conclusione & petito, vel vitii in narratis.

§. I. Ut plurimum autem supplicatur vel pro impetrandis quibuscunque indultis, gratiis privilegiis, &c. vel pro extrahendis processibus judiciariis, qui tam in Aula Cæsaris quam Imperii Camera ad persequendam causæ tractationem vel ad partes emanant litigantes vel ad tertium, cui cum processus impetrante nihil litis est. Ad tertium mittuntur, inhibitionales, promotoriales, compulsoriales, subsidiales, commissiones, literæ pro informatione judicis, arresta, sequestrationes. Ad partes vel citatio-

C 2

nes

nes emittuntur vel mandata. Sed ad Cæsaris Aulam vel Imperii Cameram appellantibus, juxta citationes ad partes litigantes, simul duo decernuntur processuum genera ad judicem inferiorem, inhibitionales, vel compulsoriales. Prioribus judici inferiori inhibitio fit, ne in lite ulterius procedat, vel quid moliatur in præjudicium causæ ad supremum judicium per appellationem devolutæ. Posterioribus judex inferior cogitur ad edenda acta & rationes decidendi:

§. 2. Decreta in Imperii Camerâ à Protonotario secundum stylum consuetum concepta in Cancellaria expediuntur. & licet à Cæsare ipso non subscribantur, sub eius tamen nomine titulo atque sigillo emittuntur, & insinuantur aut per nuncium juratum aut per Notarium immatriculatum. In ipsis verò causarum Processibus modus observatur duplex, alter audientiæ, alter ipsius causæ. Primus dividitur in judicialem & nõ judicialem. Judicialis est qui in præsentia judicis pro Tribunali cum sceptro sedentis celebratur. Non judicialis qui hodiè coram uno Adsessore s. deputato sine sceptro ad mensam Protoac Notariorum stante peragitur. Circa alterum modum nempe ipsius causæ occurrit 1. processus simplicis querelæ 2. processus appellationis. De publicatione sententiarum in hoc judicio notari meretur, quod in Camera Imperiali partes ad audiendam sententiam non citentur, sed sufficit si in principio litis legitimè sint citati, quamvis de jure communi partes ad publicationem sententiæ citandæ sint, quod in tantum extenditur, ut ne sententia Principis, omiſsa partium citatione subsistat.

§. 3. Publicatæ autem sententiæ executioni soleant literæ executoriales ut & in causis appellationum præmitti,

ti, quod si istis non pareatur, præmittuntur aliquot paritoria, crescente verò contumacia vel arctiores executoriales decernuntur; aut mandatum de exsequendo vel commissio ad exequendum ad Directorem Circuli. **Dem Creys/auschreibenden Fürsten/** vel etiam ad iudicem domicili, tam ad exequendam pœnam commissam quam Causam Principalem decernitur. Generatim autem Camerales in causis iudicandis non summarie ut olim sed ambitu procedunt longiori, hinc tot Principum ac Statuum de tardis ac longævis processibus querelæ, & illud *πολυβύλλητον* beati possidentes, nec tam secundum juris civilis apices sed ex æquo & bono. Et ita reperitur conclusum in causa **Knipping** contra **Wandt**. Anno 1571. ut refert *Auct. decis. s. præjud. in verb. Camer. v. in summo. Verum* hisce contrariari videtur textus *Ordin. Camer. part. 1. tit. 13.* ubi expressè statuit. quod Camera in formandis Processibus ac sententiis non teneatur procedere secundum observantiam ac normam legum, constitutionum ac consuetudinum de quibus *vid. Ordin. Camer. p. 3. tit. 12. & 53. in princ. ib.* **Und unrechtmässig oder nichtig Urtheil wider sie gesprochen und eröffnet/ & tit. 54 in princ.** ubi ita cavetur. **Wir setzen/ ordnen und wollen/ daß in allen und ieden Fällen/ die hie oben nicht sonderlich und ausdrücklich in dieser Ordnung des gerichtlichen Proceß halben versehen/ das gemeine Recht statt haben/ und vermöge desselben gehandelt und procediret werden sol.** Cui addat: *Gail. 1. observ. 75. n. 6.* Decisionis loco dicendum videtur; in Camera juris civilis solennitates ab inferioribus judiciis omittas in Causis per appellationem eò devolutis non attendi, modò alias de litium statu & circumstantiis sufficienter constet. *vid. text. in Ordin. Camer. part. 3. tit. 34.*

Mynsing. rbservat. 5. cent. 4. & hoc est speciale, ut Zas. inquit. ad l. cum quærebatur. n. 5. de re judic. Cameram in judican- do sine circuitu procedere posse.

§. 4. Porro hic notatu dignum, tanta pollere hoc Tribunal autoritate, ut non liceat causas ei innexas avo- care & transferre alio, quod in tantum elevatur, ut nequi- dem Imperatori integrum sit transferre pendentes hoc in judicio actiones, ratio est, quia Imperator per modum contractus in Ordinationem Camerae cum Statibus con- sensit, à quibus non minus, quam ab ipso Imperatore ejus- dem jurisdictio pendet. ut patet *ex textu in Ordin. Camerae tit. 35. & R. A. de Anno 1548. Das man dem Cammergericht seinen freyen Lauff lassen sol. §. Folgends aber in fin.* Quandoquidem jus avocandi lites tunc demum concedi- tur Principi, si jurisdictionem judicis pro suo arbitrio qua- cunque in causa tollere vel revocare potest. *l. judic. solvit. ff. de judic.* Jam verò Imperator sine Statuum Imperii consensu non potest avocare jurisdictionem Camerae, cum non ipsius solius sed ipsorum pariter consensu & au- toritate sit sancita. *R. A. de Anno 1548. §. Und nach dem wir/ ibi. mit Recht und Bewilligung Churfürsten/ Für- sten und gemeine Stände. Quam sententiam confirmat Herman. Vult. in l. 1. sub n. 173. Cod. de jure rubr. Rhodin. in π. Camer. l. 1. tit. 3. n. 8. & 9.*

§. 5. Limitanda autem videtur. 1. in causis solius Imperatoris reservata concernentibus. Horum enim co- gnitionem ita strictè Imperator sibi vindicat, ut delatæ ad Cameram avocari possint. *Vult. ad l. 1. n. 168. Cod. de Jurisd. Barth. Tom. 1. sentent. Camer.* 2. Si judex & Adfessores Camerales culpæ dolive convincantur, causæ transferri possunt ad judicium Syndicatus seu Revifori- um

um, quod est remedium extraordinarium, quo per sententiam Cameralem læsis ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos revidendo acta succurritur. Peti ea debet hodiè juxta R. I. de anno 1654. §. in Fällén. 125. intra quadrimestre à die Sententiæ sub pœna desertionis apud Electorem Moguntinum, vel ea in causa inter esse habente, apud Trevirensis per supplicationem cujus formulam. *vid. apud Schvvaneman. l. 1. process. Camer. c. 75.* Claudant hanc sectionem verba *Clarissimi Conringii Exercit. de judic. reip. Germ. §. 99.* sic acutè differentis. *Quamvis verò non liceat appellare à Sententiis hujus Tribunalis nec causas huc delatas alio advocare, tamen si culpæ dolive arguatur Camera, petita inter justum tempus revisione aut Syndicatu ad Camere visitatorum judicium recurritur, suspensa interim executione sententiæ in Camera Tribunali pronunciata.* De hoc etiam Consul. *Reinkingk in l. 2. class. n. c. 15. tit. eod.*

SECTIO V.

DE

Jurisdictione Camerae.

Basis ac fundamentum judiciorum est jurisdictio, cujus vis necessariò constare debet iis qui juri dicundo præfunt. Nam nec judicandi potestate gaudent qui juris dicendi copiam non habent. *l. 1. §. fin. ff. ad Trebell. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; juris. l. 2. in fin. de pæn.* undè aliquid hic de jurisdictione tradendi locus erit. Quæ nomen indepta à jure dicundo definitur, quod sit potestas in causis cognoscendis juribusque reddendis, jure magistratus competens. *arg. l. 1. ff. b. t. l. 3. Cod. eod. l. pen. de judic.*

§. I. Un-

§.1. Undè tota vis jurisdictionis ad duo membra referri potest, jussionem vel coercionem, nam potestas judicantis in jubendo imperando cognoscendo & judicando consistit. *ut trad. Reinking. in tract. de Regim. Secnl. l. 2. class. 2. c. 17.* Primum membrum jurisdictionem strictè sic sumptam alterum Imperium involvit, quod est vel merum vel mixtum. Merum est potestas publica in causis criminalibus coercendi jure speciali competens; & hoc ab aliis appellatur jurisdictio criminalis. Mixtum est potestas publica exequendi judicati in causa civili. *Treutler. disput. 3. tb. 3. lit. b.* Olim tres plerumque ponebantur species jurisdictionis. Merum ac Mixtum Imperium & jurisdictio simplex: hodiè ferè omnium locorum præsertim in Germania, consuetudine, jurisdictio in altam & bassam seu superiorem & inferiorem distribuitur. Sed ut ad rem redeam. Camerae jurisdictio ad civilem pertinet, est enim judicium civile, quale Consilium Aulicum quoque. Causæ siquidem criminales. *Reinichliche Sachen/die Leibsstraffe auf ihnen tragen. C. G. D. part. 2. tit. 28. §. it. Nachdem.* quibus nimirum agitur ad pœnam corporalem, neque in prima neque in secunda instantia in his supremis judiciis locum habent. *C. G. D. cit. loc. X. A. de anno 1530. §. it. Als ist esliche Zeit.*

§. 2. Excipiuntur 1. Delicta fiscalia. 2. Si causa criminalis ex capite nullitatis principalitèr & seorsim deducta ad Cameraam vel judicium Aulicum devolvatur. *Mynf. observat. cent. 4. observ. 42.* 3. Si non de crimine principalitèr sed de competentia judicis disputetur. 4. Si dubitetur an causa sit criminalis. Hic indaganda venit quaestio. An Camerae ordinaria an verò delegata jurisdictio competat? Pro delegata facit 1. quod Camera suam jurisdictio-

ditionem habeat ex Imperii & Statuum singulari con-
ventionem, non autem directè à lege; hinc non videtur or-
dinaria 2. quod Camera non nomine proprio sed nomi-
ne Imperatoris & Statuum Jurisdictionem exercent; *per*
Ordin. Camer. part. 1. tit. 27. §. Und sol der Verwalter. 3.
Quia universum repræsentat Imperium & nomine illius
judicat. *dict. part. 1. tit. 18. in verb. und sitzen an ihre Statt*
4. Quod Camera non integrum processum, sed tantum a-
ctus quosdam alijs subdelegare possit.

§. 3. Sed his rationibus quantum ponderis inesse vi-
detur, non minoris tamen imò majoris sunt, quæ pro vin-
dicanda ordinaria jurisdictione pugnant, & quidem 1.
quia hæc jurisdicção non Cæsaris solius aut quorundam
Ordinũ arbitrio, sed publica totius Imperii lege, ut in per-
petuum penes Cameram maneret, sancita est. 2. à dele-
gato fit appellatio ad delegantem. *l. 1. §. fin. ff. à quibus ap-
pellare non lic.* at verò à Camera Imperii non potest ap-
pellari ad Cæsarem, E. Adfessores Cameræ non sunt dele-
gati judices 3. omnis jurisdicção delegata cum morte desi-
nat delegantis, at verò jurisdicção Cameræ non exspirat
cum morte Cæsaris, sed ejus vigor cum universo Imperii
corpore pari passu ambulat. E. non est delegata sed or-
dinata. Sic post obitum Divi Ferd. III. tempore interregni
Camerale Collegium munus suum in justitiæ administra-
tione constanter peregit. 4. Imperator causas ibi penden-
tes non potest avocare & ad se trahere E. non est delegata
Cameræ Jurisdicção. *vid. Gail. l. 1. observ. 33.* Verum
quamvis pro ratione decidendi neutri opinioni videatur
temerè immorandum, utpotè quod hæc jurisdicção non
sit metienda juxta decempedam L. L. Rom. sed quod
quædam specialis sit jurisdicção quæ videtur nec purè or-

D dina-

ordinaria esse nec purè delegata sed mixta quæ participat certo modo de utraque, nihilominus cum *Mynsing. resp. 24. n. 2. & seqq. & Gail. obs. 41. n. 5. & 6.* ordinariam asserimus.

§. 4. His itaque examinatis subjungemus huic sectioni nobilem quæstionem. An nimirum Camera absoluta Cæsaris Jurisdictione utatur? Affirmantibus quidem non desunt speciosa argumenta, quippè quod Camera Imperialis vi ordinariæ jurisdictionis vice Cæsareæ Majestatis jus dicendi potestatem est consecuta. *Ordin. Camer. part. 2. tit. 27.* Indè est quod dicitur Cameram esse judicium ipsius Imperatoris ipsumque repræsentare & eo nullum superiorem habere. *Myns. cent. 4. observ. 5. R. A. zu Augspurg de anno 1557. §. Nachdem des Kayserl. Cammergerichts.* Rescripta præterea ac decreta omnia promulgari scribi & sanciri sub nomine & sigillo Imperatoris. *Ordinat. Camer. part. 1. tit. 27. & pag. 3. tit. 12. §. Und so solche.* Imò quod officiales Camerae omnes in Cæsaris & ejus vice Collegii verba jurare tenentur. *Ordin. Camer. part. 1. tit. 26. §. ult.* Judices quoque à Cæsare sicut Procuratores à Camera puniuntur; *per Ordin. part. 3. tit. 53. §. Ob sich aber.* Prætor ipse der Cammer-Richter à solo Cæsare creatur; *Ordin. Cam. part. 1. tit. 1. §. 3. tit. 4. §. 1. So sich auch begeben.* Indè quoque est quod sceptrum Imperiale insignum exercitiæ jurisdictionis Cæsareæ à Judice Camerae teneatur. *Paurmeist. l. 2. de jurisd. c. 6. n. 19.*

§. 5. Sed quicquid horum sit; dicendum tamen est, hæc omnia nullam soli Imperatori evincere jurisdictionem. Nam is demum dat jurisdictionem absolutam, non qui personam præsentat, sed qui concedit administrationem justitiæ quæ facultas universis Statibus adscribitur.



bitur. ut ait, *Innoc. in c. cum ab eccles. n. 3. de offic. Jud. nec fas est Imperatori circa eam ejusve leges quicquã suo unius arbitratu innovare; ut patet ex Ordin. p. 3. c. ult. §. Solches alles.* Nempè quia non solus est Cameræ conditor, sed ex conventionem cum Statibus inita in talem formam Tribunalis talesq; ejus leges consensit, quibus ipsi Imperatori sine omni standum est conditione. *vid. Rosentb. de feud. c. 12. Conclus. 1. n. 30. 32. 53. Schrad. de feud. part. 30. Sect. 2. in fin. Thom. Mich. in disput. de Jurisd. Imperat.* Fallit quoque argumentum quia sub nomine Imperatoris sententiæ ac decisiones publicantur. E. soli Imperatori jurisdictio competit. Refellitur enim per instantiam. Veneti etiam consilia & decreta promulgant sub nomine & auctoritate Ducis, quem tamen præter jura dignitatis & præminentia vix quicquam à magistratibus differre ostendit *Arnise. in Praelect. de statu reip. Venet. c. 4. Sect. 2. §. 22.*

SECTIO VI.

DE

Appellatione ad Camerale Judicium directâ.

CUM ratio communis postulet oppressos aut iniquitate aut inscitia judicis esse auxilio dignioris magistratus sublevandos, non tam prudentèr quam utilitèr introductum est remedium appellationis. Quæ in genere est ab inferiori judice ad superiorè gradatim facta provocatio, ut is causam injustè definitam cognoscat & sententiam prius latam rectius reformet. *vid. Wesenb. in suis paratit. ff. de appell. & relat.* Quemadmodum autem olim à Dictatore vel Præfecto Prætorio nefas erat appellare *tot.*

D 2 tit.

tit. Cod. de sent. Praef. Prat. ita ab hoc Tribunali provocatio ne quidem ad Imperatorem procedit. Hinc *Job. Sleidan. Comm. l. 25* refert Cæsarem ab Alberto Marchione à Camera proscripto imploratum respondisse sibi non licere juris administrationem impedire ; dissentiente quamvis *Dn. Berlich. Decis. 158.*

§. 1. Nam cum illud jurisdictione polleat ab Imperatore & Statibus simul concessâ, utique supremam judicandi obtinet potestatem, cumque omnis provocatio non nisi ab inferiori iudice ad superiorem procedat *l. 1. §. si quis. l. Imper. ff. de appell. & relat.* consuetarium omninò est à Camera ad aliud iudicium provocari non posse. Quòd manifestè confirmat *moderna Capitul. Leopold. artic. 26. in verb. Ob auch einiger zc.* ubi ita *Dasselbe wie auch alle andere ordentlich schwebende Rechtfertigungen / oder darüber am Kayserl. Cammer-Gerichte zu Speyer erkandte Urtheil und derselben Executiones sollen und wollen wir nicht verhindern / abfodern / oder verbieten / sondern der Justitz ihren freyen starcken Lauff lassen.* Imò extant exempla quando hujusmodi appellationes fuerint animadversæ Anno C. 1614. fuit Notarius qui hoc tentavit sed qui propterea excidit officio suo, it. Anno 1618. Cæsar decretum condidit Pragæ 6. April. *Das dessen Appellatio straffmässig und nichtig wäre.* Et hoc ampliatur ut etiam ab ipso Imperatore liceat ad Camera appellare. Quod tamen cum hac restrictione procedit, si Imperator non quatenus talis sed tanquam Dux & Comes sententiam tulisset, detur appellatio ad ordinarium appellationis iudicem *Bart. in l. 1. §. si quis. in fin. n. 15. de appell. q. 36. n. 33.* Et quamvis Imperator aliquando in Camera citatus conveniaturque reperiatur, hoc tamen cum eodem distinctionis mo-

moderamine accipiendum, nempe Imperatorem sic conveniri tanquam Archiducem Austriae vel alium Imperii Principem, tunc enim sibi ipsi mandasse hisce verbis. *Wir Carl Römischer Kayser / entbieten dir Carl Erzh- Herzog zu Oesterreich / refert. Gerlac. Buxtorff. in dissert. Aur. Bull. c. 5. conclus. 64. circa fin.*

§. 2. Si E. Cæsar ad Camera[m] citari, multo minus à Camera ad Cæsarem potest appellari, multo minimum ad Pontificem, sive, juxta *textum noviss. Capit. Leopold. art. 19.* ad Curiam Romanam vel Nuncios Apostolicos. Unde cum olim quidam etiam in causa pia & tutelari à Camera ad Pontificem appellasset, ut contemptor jurisdictionis Imperialis in 100. marcas auri puri cum refusione expensarum condemnatus fuit. Sed de his omnibus notari meretur, licet jurisdictio Camerae in omnibus Imperii civibus sit fundata, non tamen ad eam appellatio ab omnibus personis & in omnibus causis conceditur. Personas quod attinet, dantur hodiernum Imperii Status, quorum judiciis privilegium de non appellando Cæsar specialiter indulgit, quod quidem omnibus Electoribus promiscue concessum est in *A. B. Carol. IV. tit. 11.* Sed Elector Saxoniae imò omnes Duces ex illo Electorali stemmate oriundi hoc jure etiamnum utuntur, confirmatumque illis est à Ferd. I. Anno 1559. *vid. Carpzov. disput. de privil. Duc. Sax.* Parile etiam privilegium de non appellando Elector Brandenburgicus anno 1566. accepit à Rudolpho II. de quibus plura videri possunt apud *Limnæ. l. 9. de jure pub. cap. 2. Bachov. ad Wesenb. tit. à quibus appellari non licet.*

§. 3. Deinde non in omnibus causis appellatio procedit, veluti ratione qualitatis Imperatoris reservata con-

cernentibus aut non spectantibus ad jurisdictionem Camerae de quibus supra mentio fuit. Item ratione quantitatis non tantum momenti ac ponderis importantibus ut sint appellabiles, de quibus *vid. prolixius Daniel Otto in diff. de jure pub. Imper. Rom. c. 11. §. 10. de provocat.* His Quaestio succedit ventilanda. An Archiduces Austriae possint conveniri coram Camera Imperiali? Negativam defendunt hae rationes 1. quia expressè dicitur in privilegio Caroli V. Archiducibus concessio non procul à Princip. in verb. *Der obgemelde Herzog ist in Keinen Sachen schuldig vor dem Reich oder des Reichs Cammer- Hof- oder andern Gerichten wie die Mahmen haben zu Recht zu stehen/ er wolle denn gern.* 2. expressè ibi Carolus V. præcipit Præsidi & Adfessoribus Camerae ne Archiduces turbent in hoc privilegio & jure in verb. *Und gebiete darauf allen Churfürsten und Fürsten zc. Hof- und Cammer-Richtern und Besizern unsers Kayserl. Cammer-Gerichts zc.* Pro affirm. facit 1. quod Carolus V. fuerit citatus tanquam Archidux Austriae. *vid. §. 1. in fine.* 2. quod Camera non dependeat à solo Imperatore sed ab omnibus Statibus, Imperii, hinc privilegium hoc in præjudicium Statuum solus Imperator Archiducibus concedere non potuit 3. quod Camerales non obstante hoc privilegio habeant jus salvum in causa fractæ pacis, ergò hoc in casu possunt conveniri coram Camera.

§. 4. Pro ratione decidendi ac conciliandi videtur distinguendum esse 1. inter causas. Nam hoc privilegium quale quale non videtur pertinere ad causas denegatæ justitiæ sed ad causas fractæ pacis 2. distinguendum inter Archiduces nolentes, si velint possunt ibi conveniri ut apparet in verb. *Er wolle denn gern.* 3. disting. inter provin-

vincias hæreditarias & oppignoratas ab Imperio Pfand-
 Schillings Weise. In has Imperator jus plenum non
 habet, hinc videtur non potuisse dare generale privile-
 gium; an fortè ita dicendum, hoc non simpliciter probari
 posse quia Camerales ei contradixerunt & contrariis acti-
 bus jus suum salvum retinuerunt, si non in omnibus, sal-
 tem in aliquibus. Hic autem latet alia difficultas, an vi-
 delicet Imperator quatenus est talis & non quatenus est
 Archidux coram judicio quopiam accusari & conveniri
 possit? Et videtur quod sic. vi nempè *A. B. c. 5. §. fin.* Nam
 Cæsar per hanc obnoxius est judicio Palatini Electoris co-
 ram illo conveniri potest, teneturque respondere. Huic
 suffragatur *Speculum Suevicum l. 2. c. 93.* Wenn die Fürsten
 den König wollen verklagen das sollen sie thun vor den
 Pfalz-Grafen. Fuit & hoc in exemplum traductum.
 Nam Fridericus Burggravius Norinbergicus à sententia
 Caroli IV. ad Rupertum Electorem Palatinum appella-
 vit, quin & hic sententiam Caroli infirmavit & correxit.
 Et Tantum de hoc judicio.

CAPUT II.

SECTIO I.

DE

JUDICIO CÆSAREO-AULICO.

ejus

Origine & Institutione.

Alterum ex Illustrioribus Imperii judiciis constitu-
 tum est in Aula Cæsaris, quod vulgò der Reichs-Hof-
 Rath/ sive Aulicum Consilium das Kayserliche Hof-Ge-
 richt appellatur; Et quidem partim *i. ratione situationis,*
 quia

quia Aulæ Imperatoris ut plurimum est annexum, eodemque loco consistit, quo Imperatoria sedes est. *vid. N. H. D. tit. 1. §. alle diese und unsern Kayserlichen Hofe und allezeit / welcher Orthen derselbe gehalten wird / nachfolgen.*

§. 1. Hoc autem non est universale, quia multa extant exempla temporum eorum quibus adeò strictè observatum non sit, ut hoc iudicium Aulam Cæsaris ubique & semper secutum sit, quin potius Cæsaris arbitrio relictum, huius iudicii locum condere. Sic cum gloriosissimi nominis Imperator Ferd. III. Ratisponâ Augustam Vindelicorum ad eligendum Regem Romanorum se conferret, Senatus tamen Aulicus Ratisponæ permansit, ibique sessiones ac iudicia continuavit; it. in superiori Austria aliquando Imperatoris Aula Lincii fuit, Consiliû Aulicum verò Ovilix urbe tribus parasangis inde remota, ut plura annotare supersedeam. 2. *ratione dependentiæ*, quia solius Imperatoris autoritate fundatum. Similiter audit Consilium Imperii *Reichs Hof=Rath* & quidem ratione rerum & actionum quæ ibi dijudicantur, non tam ad Imperii Status quam ipsum Imperium pertinentium. *vid. N. H. D. tit. 2. in in pr. ibi. Alle und iede Sachen das H. Röm. Reich desselben Hoheit / Recht / Herrlichkeit.* Hinc etiam Cancellaria hujus iudicii *die Reichs Hof=Canzelley* / Archiepiscopo Moguntino ut Imperii per Germaniam Cancellario juramento obstricta est, non autem ratione causæ efficientis quæ non Imperium sed Imperatorem præfert: vigore *N. H. D. tit. 2. in pr. verb. Unser Kayserlicher Reichs=Hof=Rath dessen oberstes Haupt und Richter als seine wir. & amplius. Und weiln dann allein uns als Röm. Kayser etc.*

§. 2. Cæterum hoc Aulicum Iudicium temporis longevi-

gævi-

gravitate Camerae multum praestare inconfesso est, dubium enim nullum est quin Imperatores ante Camerae institutionem habuerint Consilia Aulica in quibus civium Imperii causas ex aequa justitiae lance judicarunt, quod disertè expressit *Ferd. III. in praefat.* Der verneuerten Reichs Hof=Raths Ordnung *ibi.* Wie wir befunden unsere löblichen Vorfahren am Reich / sich guter Ordnung von alters her befließen / und hierzu damit solchem ihren Obliegen allenthalben desto stattlicher vorgesehen werde / ihren Reichs Hof=Rath so selbige zu Beförderung und Vollziehung der werthen Gerechtigkeit und Regiments im Römischen Reich von unfürdencklichen Jahren erhalten / wie auch folgendes der Kayserl. Cammer und ander Gerichts=Mittel aufgerichtet haben. Et historicorum monumenta, ceu laudati *D. Conringii Exercit. de judic. German.* replicantibus facile patebit iudicii Aulici veneranda canities. Cujus leges & ordinem primò non tam fancivit quam instauravit Ferdinandus I. Anno C. 1549. Post eà illas Imperator Maximil. II. A. C. 1596. egregiè ampliavit & tandem hoc ipso seculo anno 1614. Matthias Imperator iudicium illud splendidè renovavit, tantumque adjecit ut nova prorsus ordinatio videretur, quod patet *exit. ordinat. des neuen Hof=Raths.*

SECTIO II.

DE

Hujus Iudicii Ordinatione.

HÆc tractatio aptissimè instituitur 1. circa Personas hujus iudicii 2. circa causas. Personarum præcipui sunt Illustres Consiliarii quos Imperator solus & hodiè quidem secundum Capitulationem ex utraque religione

E tam



ram Evangelica quam Catholica eligit ipsisque solus salaria confert. Illi autem sunt partim dignitatis Equestris, partim ordinis literati. Ad priores referuntur Principes, Comites vel Barones *ut pat. ex Capit. Leopold. §. 41. ibi.* Mit Fürsten/ Grafen/ Herren/ von Adel und andern ehrlichen Leuten. Posteriores sunt Doctores & alii eminentissimæ eruditionis viri. *R. H. S. d. l. graduirten oder sonst gelehrten / wohlerfahrenen / ansehnlichen frommen und geschickten Personen.* Inter quos in collectione votorum Illustrissimus iudicii Præses hunc ordinem observare debet, ut in causis judiciariis à JCetis initium faciat, in causis verò Status ab Equestri ordine incipiat. *R. H. S. tit. 5. §.* Demnach dann. *ibi:* Demnach von altershero ein Unterscheid gehalten und dieselbe auf zwei Bäncke abgetheilet worden/ so solle gleichwohl unser Præsidens dieses Aufsehen haben / daß in Sachen die Justitiam betreffend/ mit Frage der ersten Stimme an den Gelehrten/ aber in Staats- Lands- und dergleichen Sachen/ an den andern angefangen werde. Sed illa distinctio in onere referendi cessat *R. H. S. tit. 1. §.* Alle diese *verb.* Darinnen ohne Unterscheid des Standes gebührlich referiren.

§. 1. Adseffores hodiè debent esse Germani & Germanicæ linguæ optimè periti, horum qui non fuerint functi officiis in Aulis Electorum & Principum sub auspiciis hujus spartæ adipiscendæ examen debent sustinere. Numerus Senatus Aulici in *Ordin. Consilii Aul. Ferd. III. Tit. 1. §.* Und dieweil determinatur quidem *ibi.* Daß hinführo iherwehntes unsers Reichs Hof-Raths Mittel über 18. Personen/ mit eingeschlossen des Reichs Hof-Raths Præsidenten, sich nicht erstrecken sol. Novissimè tamen comprobatur, Sacratissimam Cæsaream Majestatem

tem

tem adeò hac observantia non teneri, quin numerum prædefinitum IV. novellis Consiliaris auxerit. Notandum præterea quod hujus judicii Adseffores, qui modò ex Regnis ac Provinciis hæreditariis eliguntur, præcedant omnes alios Consiliarios exceptis illis Intimis. *Ausserhalb des geheimten Raths.*

§. 2. Circa causas animadvertendum; Quod I. Consilium Aulicum debeat judicare juxta *Constitut. Capitul. Instr. pac. & Ordinac. hujus judicii* incluso jure civili. Hinc ibi in mensa hujus judicii corpus juris civilis & Canonici semper præsto esse debet, una cum aliis ibi numeratis libris, quod contra osos juris nostri addo. 2. in substantialibus causarum requisitis processus Camerae Imperialis præcisè debeat observari, & causæ tractari in lingua Germanica vel interdum quoque latina 3. quod in actorum relatione sit referens & conferens, certè optimò judicandi modo, qui ubique meretur observari in decidendis magni momenti controversiis. 4. Si in votis Adseffores non conveniunt, ita ut juxta ordinationem hujus judicii causa non possit dirimi, res referenda est ad Cæsarem. 5. Hodie datur læsis remedium suspensivum cujus beneficio ad ipsum Cæsarem licet appellare, & si sunt graviores causæ ex quibus tumultus Imperii oriri posset, Imperator rem communicat cum Electoribus & Principibus aliquot.

§. 3. Hic notandum obiter quod nullus procurator vel sollicitator oriundus ex Imperatoris Regnis & Provinciis hæreditariis admitti debeat ni fiat speciali indultu Imperatoris. Deindè, quod in juramento formula ab unoquoque judicio præstando talis non observetur. *So wahr mir Gott helffe und alle Heiligen.* Sed hæc *so wahr mir Gott helffe und sein H. Evangelium.* De processu

E 2 autem

autem hujus judicii hic pluribus non agam, partim quia jam aliquid de eo adductum est, partim quia magna ex parte cum Camerali succinctè supra delineato coincidit. *vid. Instr. Pac. Casareo-Suevicum. art. 5. §. 24.* Hic subjiciendum venit discrimen judicii Aulici à Camera ad eò exactius contemplandam ac dignoscendam utriusque Consilii faciem. Differt autem primò à Camera, quod Camerae Adseffores non tantum numero præstant verum etiam ab omnibus Imperii Circulis aluntur ac pendent. Judicii Aulici verò Adseffores maxima Imperatoris auctoritate nituntur. Quin & antea soli modo Pontificii admittebantur, quod Evangelicos admodum vellicabat.

§.4. Nam cum illi irreconciliabili odio prosequuntur Evangelicos, iniquis eos sententiis prægravant. Hinc Proceres Imperii multa gravamina ac querelas ediderunt sed frustra. Promiserat quidem Imperator Ferdin. emendationem ut patet ex *Capit. art. 40.* Sed nulla consecuta est. Urgebat eandem Elector Saxoniae in pace Pragensi de anno 1635. sed Cæsaris legati responderunt; hoc consuetudine non esse introductum, ut cooptentur Augustanae confessioni addicti, saltem promiserunt se velle deferre hanc rem ad Cæsarem ut patet ex *dict. c. 6. Den Kayserl. Reichs Hof-Rath betreffend.* Hinc auctoritas ac jurisdictio hujus judicii ante fatale Germaniae bellum à Protestantibus Imperii Statibus acriter fuerit oppugnata. Demum hoc conclusum fuit per *Instrumentum pac. Cas. Suec. art. 5. §. 20.* Imperator obligaretur in hoc consilium adsciscere Consiliarios Augustanae Confessionis addictos & quidem tot, ut paritas votorum ab utraque parte haberi possit. Status etiam Ratisbonae Anno 1641. congregati obtulerunt Imperatori certa puncta hujus judicii refor-

ma

mationem & emendationem concernentia, quæ Imperator suscepit & admisit, ut patet ex *R. I. alleg. de anno 1641. §.* Wie wollen wir denn auch *in verb.* demselben was von Churfürsten und Ständen bey uns erinnert worden. &c. Ferd. III. promisit quandam renovatam & correctam ordinationem judicii Aulici promulgare quæ anno 1654. prodit sub *tit. Ferd. III. verneuerte Reichs Hof-Raths Ordnung.* Sed quemadmodum per *Instr. Cesareo Sued.* hoc Consilium præclare est emendatum, ita neque conventu Osnabrugensi neque Monasteriensi ei contradictum fuit, & hodiè tacitè approbatur. 2. Differt in eo quod omnes citationes ad Aulicum judicium directæ hisce fiant formalibus. *Selbst oder durch einen gnugsamen Anwalt an unsern Kayserlichen Hof/was Enden derselbe alsdann seyn wird erscheinet &c.* At verò Citationibus Cameralibus locus judicii apponitur ac denominatur. 3. Differt à Camera ratione jurisdictionis de qua jam agendum.

SECTIO III.

DE

Judicii Aulici jurisdictione.

CUM suprema jurisdictio sit ipsa forma & substantialis essentia Majestatis. *Covart. d. c. 4. n. 1.* Et hoc judicium repræsentet solum Imperatorem in exercitio suæ jurisdictionis; haud ineptè disquiritur qualem E. Imperator Judicio Aulico concessit? Dicendum itaque, quamvis Camera Spirensis ordinaria polleat jurisdictione ut supra ostensum, aliter tamen comparatum esse cum jurisdictione judicii Aulici quæ non est ordinaria sed delegata.

§. I. Antequam autem afferantur hujus assertionis rationes ut eo rectius quid sentiendū sit constet scitu opus

E 3 est

est, quid ordinaria vel delegata jurisdictio importet. Ordinaria dicitur, quando alicui generaliter jurisdictio ab Imperatore lege & universitate concessa est, ad differentiam ejus, quæ vel ad unam vel ad certas aliquot causas delegata est. Delegatæ autem est ea natura, ut nihil in mandatarium juris transeat, sed solum officium ac vices administrandæ justitiæ nomine concedentis tribuat. *l. 1. qui mandat. de offic. ejus cui mandata est jurisd. vid. Paurmeist. de jurisd. Imper. Rom. l. 2. c. 6.* His itaque præmissis sciendum est quod jurisdictio Judicii Aulici sede Imperatoris vacante quiescat, defunctoque Cæsare statim acta omnia à Registratore obsignentur & adserventur ac tamdiu in suspenso maneant, donec eligitur novus Imperator, cui accedit quod hoc judicium solum Imperatorem repræsentet, ejusque vice judicet, adeoque vicariam modò ac delegatam jurisdictionem exercent.

§. 2. Dicis, hoc respectu etiam Cameræ tribuendâ esse delegatam, quia illa non tantum Imperatoris sed & totius Imperii vice judicat. Resp. Vicariatum accipi posse dupliciter 1. quando geritur non proprio sed ejus nomine cujus vicem sustinet. *Wesemb. parat. in Cod. de offic. Vicar. n. 1.* & hoc modo sano sensu de utroque judicio potest prædicari. 2. quando generaliter constituitur & sic ex mente JCtorum propriam sibi vindicat jurisdictionem. *Scip. Gentil. lib. 2. c. 9. Menoch. præsumpt. 14. n. 3.* nec absurdum est ordinariam jurisdictionem sub nomine alterius usurpari, si ea lege data sit ut perpetuò ibi maneat. Sic Præfectus Prætorio ordinaria olim pollebat jurisdictione & vice tamen sacra hoc est Imperatoris (*ut Cassiod. lib. 6. Epist. loquitur*) judicare dicebatur.

§. 3. Incidit in hunc locum illustris illa & in orbe
Publi-

Publicistarum vexatissima quaestio. An videlicet iudicium Camerale & Aulicum concurrentem habeat jurisdictionem? In negativam propendent. *Cavet. conf. 411. n. 31. & 33. Thom. Mich. de jurisd. conclus. 35. lit. B. Schrad. feud. part. 10. sect. 1. n. 128. Rosentb. de feud. c. 12. conclus. 17. n. 32. Affirmat. statuunt Gail. 1. observ. 29. n. 3. Myns. Resp. 24. Dec. 3. n. 20. Dn. Arum. diff. Acad. 13. q. 4. & alii.* Antequam autem ad trutinam hujus controversiae me accingam, praemonendum est, quod concurrens jurisdictio illa dicatur quae duobus vel tribus vel paribus magistratibus simul competit, ita ut singuli sine tamen praeventiois praedicio de causa una possint judicare. Jam ad quaestionis aleam.

§. 4. Ad tuendam igitur affirmativam argumenta faciunt sequentia. 1. Quod Imperator noster dum Cameram condidit, jurisdictionem supremam Camerae non privativè sed tantum cumulativè concessit, eandemque sibi & suae aulae conservavit, quod confirmatur ex eo quia Maximil. I. Camerae fundator quinquennio post foundationem novum genus iudicii instituit, nempe Imperii Regimentum, quod sane non fecisset vel potuisset, si omnem à se jurisdictionem abdicando ad Cameram transtulisset. Unde patet quod Caesar illam adhuc habeat jurisdictionem adeoque concurrat. 2. Maximil. I. iudicio Imperiali cessante anno 1495. in urbe Wormatiensi, deinde rursus illud in urbe Noribergensi erigere allaboravit, quod non videtur verisimile ipsum Imperatorem fecisse si nullam aut parem in Camera habuisset potestatem. 3. Huc multum confert quod ille anno 1602. bina vice memoratur Camerae praesidisse adeoque non tam cum ea concurrere quam eisdem praestare. Nam & hinc Consistorium Summi Principis

cipis s. Imperatoris appellatur. 4. Quod Camera Spirensis Imperatori Comitibus in urbe Spira Nemetum celebranti sceptrum iudicii *den Gerichts=Stab* præsentarit, quod certè signum est subjectionis. 5. Quod hæcenus querelæ Statuum indicent satis concurrere Imperatoris jurisdictionem, alias non fuissent conquesti Imperatorem causas à Camera Imperiali ad iudicium Aulicum avocare. Ipse ab Imperio proscriptus Hippolitus à lapide cætera acerbissimus in Cæsarem totamque Domum Austriacam scriptor non tantum non oppugnavit Aulicum iudicium sed & apertè fatetur cum Camera hodie pari esse loco, quid? quod in nuperis Comitibus Ratisbonensibus petierunt Ordines ut causæ in Aula Cæsaris æque cum Imperii Camera deciderentur. Et in Capitulatione Leopoldina Imperator juravit quod iudicium Aulicum viris illustribus & prudentibus instruere velit, ut ex illo paritèr atque ex Camera jura sine affectu Imperii Statibus dari possent.

§. 5. Negativam statuminant. 1. Quod Camerale iudicium ab initio fuerit ambulatorium & quod Maximil. I. cum consensu Statuum illud Spiram translocarit & sic videtur ipse Imperator se suo jure abdicasse. 2. Quia Maximilianus tū temporis non habuit iudiciū sed saltim politicum Senatum *den Regiments=Rath* / ad quem certè nulli processus sed omnes ad Cameram pertinuerunt. Ut constat ex *R. I. de anno 1524. Hinführo sollen unsere Rathshalter* &c. 3. Penes Cameram solam videtur fuisse olim administratio justitiæ, ut patet ex querela Caroli V. *in Ordin. Camer, in pr. de anno 1521. in verb. Dasz weil die.* 4. In ipsa ordinatione *Cam. part. 1. l. 3.* Camera dicitur summum & ultimum Tribunal. 5. *facit part. 2. de Ordin. Camera Imperii tit. 7. ibi. Dasz alle und iede Personen und*
Saz

Sachen *sc.* ibi dicitur quod omnes causæ debeant ventila-
lari coram iudicio Camerae E. non potuerunt transferri in
Senatum Aulicum. 6. Imperator saltem certas quasdam
causas excepit & sibi reservavit. *C. G. D. part. 2. tit. 7. §.*
9. & Gail. l. 1. observ. 1. n. 31. Thom. Mich. de regalib. lib. 1. c. 4.
n. 8 quibus Camera nunquam se immiscuit, adeoque nec
concurrentiam jurisdictionis in iis negotiis habere potest.
Facit huc quod scribit autor des gründlichen Berichts ob
der Kayserliche Hof-Rath mit dem Kayserlichen Cammer-
Gericht concurrentiam jurisdictionis habe? *fol. 50.* Daß
zwischen der Kayserl. Majest. und dem Kayserlichen Cam-
mer-Gericht per rerum naturam keine concurrentia ju-
risdictionis könne statt haben/ sintemahl die Jurisdiction die
in Camera administrirt wird/ eben der Kayserl. Majest.
Jurisdiction ist. Cæterum non absurdum videtur nec
naturæ incongruum, ut Imperator jurisdictione utatur,
quam cumulativè & simul cum Statuum autoritate in
Cameram contulit.

§. 6. Decidendi quidem iudicium Illustris Jurispu-
blici Scriptor Limnæus suspendit, videtur tamen cum di-
stinctionis temperamento dicendum, si quæstio univer-
salitèr & de omnibus causis promiscuè formetur, nempe
an hæc duo suprema Tribunalia in jurisdictione quoad o-
mnes causas simpliciter & absolutè concurrant? negati-
vam indubitanter veram esse. Si autem restrictivè & par-
ticulariter ita formetur. An in quibusdam aut pluribus
causis horum iudiciorum jurisdictione concurrat? Affirma-
tivam confidentèr esse amplectendam; per evidentiam
Ordin. Jud. aulic. tit. 5. So wollen wir auch daß unser
Reichs Hof-Rath sonsten und in denen Fällen / darinnen
wir und unsere Vorfahren am Reich unserm Cammer-

F. G.

Gericht concurrentem jurisdictionem zu mehrer Beförderung der Partheyen und unserer Übertragung mitgetheilet haben/ demselben seinen starcken Lauff lassen 2c.

§. 7. Nec obstat huic decisioni quod Camera non tantum Cæsarem sed & reliquos Imperii Ordines repræsentet, ut expressè habetur in novissimo *R. I. de anno 1654.* undè sequeretur, quia Imperium collectivè majus est ipso Imperatore Cameram vel ejus jurisdictionem à toto Imperio provolutam Judiciò Aulico antistare. Quod quamvis in multis verum sit, fallit tamen hic adeò, ut hodiè non spernendæ prudentiæ viri existiment, majorem esse auctoritatem Judicii Aulici quam Cameræ Spirensis (quam quidem litem meam non facio) idq; indè probatum eunt, quod Cameræ decreta revisioni subjaceant vel judicio Visitatorum quos suppeditat Moguntinus. Sed hujusmodi revisioni Judicium Aulicum non est obnoxium, sed omnia ejus decreta sunt *ἀντιόδοια*, ut loquitur *Excellentiss. Dn. Conringius in Exercit. de judic. reip. Germ. §. 100.*

§. 8. Rem omnem simili à judiciis Principum Brunsvicensium petito, quidam declarat. In Provincia Guelvica, refert ille, Serenissimus Princeps Augustus Dux Brunsvicensis duo habet judicia quorum æqualis est jurisdictio. Alterum est Cancellaria quæ à solo Principe dependet, alterum est Judicium Provinciale, quod non à solo Principe sed à Provinciæ Statibus simul dependet, utriusque judicii est æqualis jurisdictio. Neque à Cancellaria provocari potest ad Dicasterium nec contra, sed quælibet causa in eodem judicio cui inseritur est terminanda. Qualis igitur est conditionis vel jurisdictionis paritas inter utrumque Principis judicium, talis suo modo est, inter Judicium Aulicum Cæsaris & Cameram

ram Spirens. vid. totam hanc quæst. latissimè deducens. Paur
meist. lib. 2. c. 6.

§. 9. Affinis huic materiæ quæstio est. An Judicium
Aulicum jus dicat de causis pacem religiosam concernen-
tibus? Pro negativa pugnat. 1. Quod in R. I. de anno 1555. §.
Wir befehlen/ gebieten expressè ponatur den Kayserlichen
Cammer-Richtern und Berrückern/ daß sie diesen Bund-
Stand sich gemess halten. Ubi tales causæ videntur re-
ferri ad solam Cameram Imperii. 2. Quod Imperator qua-
tenus talis vel ejus Aulicum Judicium non possit de his
causis judicare, quia talis dicta pax constituta videtur per
modum contractus quem Imperator inivit cum Statibus
de quo nequit solus judicare. 3. Quod Ferdin. anno 1564.
talem causam des Closters Guisgarde contra Comitem
abettingen/ ad Cameram remisit. 4. Quia soli Catho-
lici in Judicium Aulicum adsciscuntur ita etiam meritò
Protestantibus in puncto religionis sunt iudices suspecti.
Pro ratione decidendi cum *Nobilissimo ac Consultissimo Dn.*
Præside in suo Collegio 7. Publ. omnipietatis cultu æstimatissi-
mo, inter tempora distinguendum existimo. Olim qui-
dem & ante contractum Passaviensem hæc ita se habe-
bant. Verùm de jure novissimo secus est.

§. 10. Nam primò in Judicium Aulicum nunc Ad-
sessores Augustanæ confessionis cooptrati sunt, & habetur
scrupuli hujus prudentissimum remedium in *Instr. pac. ar-*
tic. 15. §. 20. in medio. Quod verbotenus fermè repetitur
in *Ferd. III. Ordin. Judic. Aul. tit. 1. verb. 6.* Wir wollen
auch 2. Causæ ecclesiasticæ in dicta ordinatione singula-
ritèr exprimuntur in verb. *Daß nicht allein bey dem Cam-*
mer-Gericht / sondern auch bey unserm Kayserl. Reichs
Hof-Rath so wohl geist- als weltlichen Sachen mit Buzie-
hung

hung beyderseits Adsessoren in gleicher Anzahl erörtert und entschieden werden. Ex quibus luce meridiana clarius patet, Judicium Aulicum posse etiam judicare de causis religionis, quod olim à nostratibus propter suprà adductas rationes ad primè oppugnatum fuit.

SECTIO IV.

DE

Judicii Aulici Appellatione.

CUM in superioris judicii tractatione aliquid in genere & prolixius in specie actum fuit de appellatione, in ea ad Judicium Aulicum applicanda brevis ero, cum magna ex parte eam naturam servat quam appellatio ad Cameram directa. Nonnihil autem de ejus requisitis dicendi locus erit. Omnis autem appellatio *quæ altera tuendæ libertatis arx* Livio dicitur, vel ad Aulicum Judicium vel Cameram ceu verbis ceu scriptis potest institui, coram Notario & testibus ad minimum duobus, quin & instrumentum factæ appellationis debet confici. Præterea si quis ad hæc judicia appellat requiritur ut gradatim non saltuatum fiat, hoc est, ne ullus Judex intermedius sit præteritus, hoc expressè significatur *in Ordin. Camera part. 2. tit. 29.* Es sol keine Appellation in dem Cammer-Gericht angenommen werden die nicht gradatim geschehe / oder noch einen nähern Richter hätte.

§. 1. Excipiuntur tamen casus nonnulli. 1. Si Judex intermedius omnem justitiam reo denegat. 2. Si intermedius spontè rem ad Cameram vel Aulicum Judicium remittat. 3. Si sit in causa pauperum pupilli aut viduæ. In his enim propter favorem singularem licet immediatè ad hæc judicia appellare. Præter hæc duo ad appellationem
requi-

requiritur, ut tempus in appellando legale observe-
tur. Sunt nimirum in appellando tria tempora fatalia
quæ accuratè appellanti subnotanda 1. est *interponenda*
appellationis hoc est decem dierum à die prolatae senten-
tiæ vel saltem si reus absit à die scientiæ. Cum hæc facta
est, tenetur appellans petere Apostolos qui in jure dicun-
tur epistolæ de facta appellatione, hi sunt quadripartiti.
Alii dicuntur conventionales, alii testimoniales, alii di-
missorii, alii refutatorii. Conventionales dicuntur quan-
do utraque pars in factam appellationem consentit. Testi-
moniales sunt qui testantur quod appellatio sit facta. Di-
missorii sunt quibus iudex inferior causam à se dimittit ad
factam appellationem. Hi dicuntur etiam reverentiales
quia iudex in reverentiam superioris causam admittit.
Refutatorii Apostoli dicuntur, quando iudex non admit-
tit appellationem sed eam rejicit.

§. 2. Sed hi olim necessario vigeant. Hodie autem
non requiruntur modo appellans intra triginta dies edi-
tionem actorum petat ab inferiori iudice sibi exponi. 2. in
appellatione fatale tempus est *appellationis introducenda*,
intra quod præsentari vel introduci debet appellatio, & est
semeitris. 3. Tempus fatale est *appellationis justificanda* qua
in re J.Cti spiritum appellationis consistere dicunt; hæc ju-
stificatio est facienda in certo temporis spacio appel-
lantibus in Camera præscripto, intra quod si quis appel-
lationem in his judiciis non justificet, pronuncietur deser-
tor suæ ipsius causæ. Consulatur hac de re fusius *Dn. Carp-*
zovius in iudiciorum quem scripsit Processu. Incidenter hic
notandum quod quemadmodum mediatè Imperio sub-
diti in secunda instantia regularitè in hisce judiciis con-
veniuntur *Ordin. Cam. p. 2. tit. 28*. Ita qui immediatè Im-



perio subsunt in prima instantia ibi conveniri posse nisi Jus Austregarum habeant, vel à jurisdictione Camerae exempti sunt; ut Lotharingæ, Burgundiæ Duces, Archiduces Austriæ, *tradit Excell. Dn. D. Strauch. in exercit. de judic. Camer. recus. XIII.*

§. 3. Exercitii gratia evolvenda offertur hæc quaestio. Utrum Judicium Cæsareo-Aulicum Imperatorem solum & non etiam Status pro superiore agnoscat? Affirm. statuminant. 1. Quod in proemio saltem habetur nomen Imperatoris *Wir Ferdinand.* omissa conventionem Electorum & Statuum Imperii. 2. quod Præses, Adseffores, Advocati & Procuratores juramenta præstent soli Imperatori non autem Statibus, ut patet ex omnibus ibi relatis formulis. 3. Quod solus Imperator in Judicio Aulico sustentet Consiliarios, illisque salaria solvit *per dict. Ordin. in pr. in verb. unterhalten & titulo 1. §. Des gleichen sol.* 4. Quod Status nihil juris in id habere videantur, alias ipsi correxissent & emendassent defectus illius judicii quos obtulerunt Imperatori corrigendos *de R. I. Ratisbonens. anno 1641. §. Biewohl wir denn auch.* Negantes urgent 1. quod judicium illud dicitur *der Reichs Hof-Rath* 2. quod Status multa mutaverint in hoc judicio & quod etiam ibi Adseffores sint desumpti ex Circulis Statuum *artic. 5. Instr. pac. §. alleg. 20.* 3. Quod in Comitibus de hoc Judicio Aulico disponi possit *vid. Capit. Leopold. artic. 43. in verb. approbirte Reichs Hof-Raths Ordnung (es sey dann das bey künfftigen Reichstagen eine andere verordnet werde) festhalten/* ubi peculiaritèr notandum quod illa Ordinatio vocetur approbata. 4. Quia per Capitulationem potestas Imperii in tale præjudicium videatur restringi. *dict. Capit. artic. 41. & seq.* 5. Quod Imperatoris Consiliarij intimi sese

ſeſe non debeant & poſſint immiſcere huic iudicio *dict.*
artic. 42. ibi. Daß unſern geheimen Raths Collegium auf
keinerley Weiſe dem Reichs Hof = Rath eingreifen ſol.
6. Quod Moguntinus Elector ſoleat viſitare hoc iudicium
nomine Imperii *dict. Capit. artic. 41. & ſeqq.* cui ſententiæ
ſubſcribendum puto.

§. 4. Coronidem huius ſectionis de appellatione im-
ponat graviffimum Excellentiffimi Dn. Conringii, de ap-
pellationibus iudicium ſic differentis. *Num in remedium li-*
ceat laudare privilegium quod vocant de non appellando me-
rito fortè dubitaveris. Namque eo ipſo & plebis libertati
& ſumma reipubl. autoritati perindè fortiffis detrahatur.
Attamen niſi qua modo diximus obſerventur, juvare illa pri-
vilegia ad litium finem fatendum eſt. Quod ſi proſectò haud
placuerit remediis, quæ laudavimus, uti, omninò vel appella-
tiones ad fora Regni ſumma præcidere magis magisq; ex re
fuerit vel verò in ſingulis circulis ſumma Tribunalia publica
reipublica autoritate ſunt conſtituenda. Neque verò biſce
moribus duo qua nunc ſunt Tribunalia publica litibus finien-
dis ſufficiunt, ſed numerus eorum augendus eſt Gallici Regni
exemplo. Et tantum de Iudicio Aulico.

Jam ad

JUDICIUM ROTWILENSE.

CAP. I.

SECTIO I.

DE

Ejus Origine & Institutione.

HOc Iudicium Imperiale non quidem eadem qua duo
ante pertractata, iudicandi pollet autoritate ex cæte-
ris tamen Iudiciis Principem locum obtinere nemo facile
infi-

inficias ibit, sive originis sive jurisdictionis spectet claritudinem. Conditum enim est à Conrado III. Duce Sueviæ & post Lotharium Saxonem in Regem Romanum creato anno 1147. *vid. Reformat. judicii Rotwilens. Maximil. II. part. 2. tit. 5.* Et quidem primitus in gratiam civium Rotwilensium qui in bello contra Lotharium obsidione oppidum cingentem, & Bavaros gesto fidelem operam præstiterant.

§. 1. Vocatur autem Dicasterium Rotwilense *das Kayserliche Hof-Gericht zu Rotwil* ita denominatum ab urbe Imperiali Rotwila in Suevia ad Nicarum fluvium sita. Est enim non universale Imperii Consistorium sed in certo ac limitato districtu circumscriptum, quoad jurisdictionem Imperatorem solum referens. Et definitur quod sit collegium judicum qui loco Cæsaris in districtu Rotwilano & cæteris quatuor ex parte Circulis jurisdictionem exercent. prout habet *Daniel Otto in dissert. juridico politica de jure publ. Imperii Rom. c. 11. & Paurmeist. lib. 2. c. 7. de jurisd. Imper. Rom.*

SECTIO II.

DE

Hujus Judicii Ordinatione.

ET si circa primam hujus judicii ordinationem secus obtinuit, ut apparet ex *Münstero in descript. oppid. Rotvil.* usu tamen ac temporis tractu introductum est, ut Adsesores ex Senatu Rotwilensi adjungantur. Quod & à Maximiliano approbatum est *d. Reformatione.* Unde convincitur, hoc Judicium Rotwilense non universum Imperium ut Camerá, sed solum Imperium præsentare. Unde etiam Ordinatio simpliciter, *der Römischen Kayserl.*

Ma

Majest. Kayserl. Hof=Gerichts Ordnung decreto Wor-
matiensi Des Kayfers Stuel oder freyer Stuel &
Reform. Maximiliani part. 2. tit. in princ. Das Hof=Ge-
richt zu Rotwil/uns als Röm. Kayser ohne Mittel zustän-
dig nuncupatur.

§. 1. Constituuntur autem in judicio Assessores tan-
tum duodecim omnes equestris ordinis, quorum perpe-
tuus in sua familia Præses est Comes Sulzensis, & hanc di-
gnitatem Prætoriam feudi titulo ad posteros transmittit,
quod privilegium illi ab Imperatore est confirmatum. *vid.*
Ordinat. Rotvilens. part. 2. tit. 1. In hac urbe judicium
olim habitum est sub dio, cujus rei indicium faxea adhuc
sedilia quæ ante urbem demonstrantur, ostendunt. In qui-
bus Adseffores tanquam in judicio sedentes justitiam ad-
ministrarunt. *ut refert Speidel. in enotab. judic.* Olim
quidem Adseffores tredecim ex Senatu Rotwilano pro ar-
bitrio eorum creabantur, sed postea Reformatione Maxi-
miliani & illi quidem ex Senatu delecti absque tamen ju-
dicis & reliquorum Adsefforum examine nec recipiuntur
nec removentur. *dict. tit. 1. §. fin.* Solius quoque Impe-
ratoris est visitare eos & corrigere eorum defectus *dict. Re-
form. Ordin. part. 3. tit. 20.*

§. 2. Et quamvis decreto Ratisbonens. anno 1532.
Rotweilsche Gericht betreffend/ reformatio dicti judicii
quæ Judici & Assessoribus Rotwilens. fuit commissa, Visi-
tatoribus Cameræ injuncta sit, id non consensu sed roga-
tu Ordinum ex speciali Cæsaris mandato factum esse lu-
culentè apparet ex verbis. Haben uns Churfürsten und
Stände unterthänigst gebeten/ und welchen Visitatorn
wir hiemit gnugsame Gewalt gegeben. *it. probatur decre-
to Spirensi anno 1670. §. Und nach dem.* Ubi de visitatio-
G ne ju-

ne iudicii Rotwilensis communi calculo nihil decernitur
sed Cæsaris inspectioni per Commissarios certo tempore
instituendæ relinquitur. Undè itidem apertè liquet, quod
de Constitutione, ordine, forma, reformatione & corre-
ctione hujus iudicii solus Imperator sine Statuum concu-
rentia disponat; ut patet ex hujus iudicii *ordin. tit. ult. §.
ult. Doch in diesem.* Ordinationes autem & reformatio-
nes hujus iudicii exhibet *Goldast. Tom. 1. Der Reichsrah
pag. 6. & seq. & pag. 206. ac tom. 2. pag. 296.* undè varia quæ
ad cognitionem hujus iudicii pertinent petere licet.

SECTIO III.

DE

Hujus iudicii jurisdictione, & causis fo- rensibus, ut & Appellatione.

QUANquam Iudicii Cameralis ac Cæsareo-Aulici tam
ampla sit jurisdictione, ut per omnes Imperii cives ac
subditos radios suos extendat, tamen tanta non tribuitur
Iudicio Rotwilensi, quippè quæ in suo districtu cohibita
non ulterius nisi ad quatuor Imperii Circulos nec dum
completos diducitur, videlicet *Austriacum, Franziacum, Rbe-
nanum & Suevicum.* In quibus cum omnibus ordinariis
concurrit, ut test. *Caspar. Leipold. de concurrent. jurisdic-
tion. 8. in not. Ordin. Rotvil. p. 2. tit. 1.* adeo ut nobiles et-
iam mediati in *Ehehafften und Schuld-Sachen* / ibi con-
veniri possint *Gylmann. tom. 3. Sympbor. f. 75. add. Dn. Lim-
ne. c. 3. de iudic. Rotvil.*

§. 1. Quousque autem olim ejus jurisdictione porrexit,
indicat ordinatio Conradi apud Goldastum *d. tom. 1. part.
2. tit. 6.* cuius verba operæ pretium est hic apponere. Des

Seil

Heil. Reichs Hof-Rath zu Rotwil/ hat von alters her ge-
richtet von Rotwil an die Forst und an die Gebirg/ inner-
halb Ober-Elßaß und hier dißhalb den Gebirg/ den Rhein
ab / biß in Eölln und nicht fürder / und hier dießhalb den
Rhein wieder herauf gen Franckfurt / und als weit das
Franckenland gehet / biß an den Thürinacr Wald / und
in Francken und Schweinfelden biß an das Beyer-
land / und hier dißhalb Beyern in her biß gen Augspurg an
den Lech und nicht über den Lech. Und von dem Gebirg
einher / was vor denselben gen Schwaben zu / biß gen
Chur / und was in demselben Strich oder Creysß lieget biß
gen Alpenzel / gen Schweiz / gen Lucern und Bern / gen
Freymburg in Zchtland und denselben Creysß umher biß gen
wälschen Neuenburg / und da dannen einher biß gen Bru-
entraut / gen Mümpelgart und nicht fürder / und daselbst
wiederherein biß an die Forst und das Gebirg / innerhalb
Ober-Elßaß / und an alle Ende so zwischen den vorgeschrie-
benen Creysen von einem an dem andern liegen weit lang
und breit. *Nec est quod dissentiat Zasius in l. jus dicentis de
jurisd. om. jud. asserens, Rotwilensium jurisdictionem
per totam Germaniam esse diffusam, non quidem realiter
sed circumscriptivè, cum ex dict. Ordin. & Paurmeist. Lim-
ne. aliorumque juris publici peritissimorum scriptis ad ra-
vim jamtum sit convictus.*

§. 2. Quantum ad formam hujus jurisdictionis atti-
net, omnia quæ in illa continentur de jure ac legibus de
ordine judiciorum ad Cæsarem referenda intelliguntur.
per supra alleg. tit. ultim. §. fin. Reform. Maximil. II part. 3.
Quod & malè habuit Imperii Proceres ideòque de abro-
gando hoc judicio anxie deliberarunt. *vid. Instrum. pac.
artic. 5. §. 10. in fin.* Quinimò Carolus IV. A. B. conditor

G 2. anno



anno 1361. publico edicto huic iudicio jam tum omnia privilegia sustulit. *Ut patet excessat. omnium privil. contra Rotvvil. Carol. IV.* Sed successores ejus præsertim Maximilianus II. denuò confirmarunt. *vid. Melch. Goldast. Tom. 1. & 2. von Reichsstatuten.* Cum hac tamen moderatione ut illius iudicii visitatio rogatu ordinum ex speciali Cæsaris mandato Cameræ visitoribus sit injuncta, ut supra dictum. *N. N. zu Regenspurg de anno 1532. §. 36.*

§. 3. Juris verò reddendi potestas ac forma ex sæpè allegata Reformatione Maximil. II. liquidò constat, nempe non contentiosam tantum jurisdictionem sed & voluntariæ actus quosdam, ut Tutorum & Curatorum dationem nec non aliorum quorundam actuum expediendorum huic iudicio datam esse potestatem, ut nimirum coram eo fieri possint, ac legitimè & validè factæ censeantur Renunciationes, pacta totalia, donationes propter nuptias, cessationes, testamenta, emptiones, venditiones, insinuationes, confirmationes, instrumentorum exemplationes & alia prout habent verba. *Pauermeister. de jurisdict. Imper. Rom. lib. 2. c. 8. & d. Reform. Maxim. p. 2. tit. 6.*

§. 4. Personas & causas quæ objectum hujus jurisdictionis constituunt, quod spectat, tam in Causis civilibus quàm criminalibus in personas cujuscunq; sunt ordinis, v. c. Principes, Comites, Barones, Civitates, Nobiles, Cives, Rusticos districtu designato comprehensos jurisdictionem Rotwilensibus competere exploratissimi juris est. Excipiuntur nihilominus personæ privilegiis vel aliis legibus exemptæ. Et primò Principes ac Ordines qui pro se & subditis suis privilegio gaudent de non comparendo ad hoc iudicium. Sed Quæritur an Electores etiam conveniri possint coram hoc iudicio? & videtur quod sic; ratio est

est

est quia *in dict. Reform.* non excipiuntur à jurisdictione hujus judicii nisi qui suæ exemptionis privilegia originaliter possint exhibere. Aliter tamen sentiendum de Electoribus in districtu Rotwilano comprehensis, quorum privilegia cum ex A. B. sint notoria non indigent speciali eorum exhibitione sed per literas subditos ad hoc judicium citatos avocare possunt. *dict. Maximil. 2. Reform. tit. 4. in pr.*

§. 5. Ex his ergo radiis solaribus clarius patet ingens discrimen inter Cameram & hoc judicium. Nam ut in pauca multa conferam. De ordine ac forma hujus judicii solus Imperator disponit, de Cameræ non tam Imperator quam totum Imperium. Jurisdictio hujus judicii ad quatuor tantum Circulos, Cameræ ad cuncta Imperii membra se extendit. Solus Imperator visitat & corrigit hoc judicium personarumque judicialium defectus, Cameram Visitatores ab universo Imperio constituti. In Cameram non recipiuntur promiscuè causæ criminales, matrimoniales & ecclesiasticæ, admittuntur autem in hoc judicio. A judicio Rotwilensi datur appellatio ad Cameram à Camera non item *per ordin. Rotvil. part. 3. tit. 13. A. A. zu Speyer de anno 1570. §.* Und nachdem uns fürkommen. Et tantum exercitii ergo atque proviribus dixisse sufficiat, de hisce tribus illustrioribus Themidos Sacrariis; ubi, quod per imbecillitatem non inficior, erratum fuit in tam sublimi ac pene insuperabili materia, confido, lectore benevolo me usurum.

S. D. G.

G 3

Corol-

Corollaria.

1.

*Q. An Vicarius Italiae v.g. Dux Sabaudie alii-
que Italiae hodiè ad nostrum Imperium pertinentes pos-
sint conveniri coram Camera Imperiali? D.*

2.

*Q. An Judicium Aulicum præ sanctiore Caesaris
Senatu habeat præcedentiam?*

3.

*Rex Bohemiae, licet ad electionem Imperatoris vo-
cetur, tamen ad confirmationem Capitulationis non ad-
mittitur.*

4.

*Capitulationes nihil detrahunt Majestati Impe-
ratoriae quoad usum hodiernum.*

5.

Justitia non est de essentia legis.

6.

*Principes Saxoniae in suis territoriis condere pos-
sunt LL. Provinciales.*

7.

*Q. Num Imperator possit felonias culpas aliaque
delicta contra se et Imperium commissa jure aggratiandi
solus condonare. Neg.*

8.

*Jurisdictio Austregarum nec purè delegata, nec
purè ordinaria sed mixta est.*

9. Q.

9.

Q. Num Princeps Imperii citra Imperatoris consensum fortalitia in suis territoriis extruere possit.

10.

In pactis Confraternitatum quoad Regalia Illustrium personarum feuda Imperatoris consensus necessarius est.

11.

Parlamenta Gallie haud immeritò adsimulantur Camera.

12.

Causa materialis nobilitatis est virtus.

Generoso ac Nobilissimo

Dn. CHRISTIAN. à Bülow/

Equiti Megapolitano

Cathedram juridicam conscendenti

FELICITER!

QUòd TUA doctrinà sic ornas stemmata
clara,
Ex animo grator, gloria non deerit.

Affectui, & quidem singulari est ando

L. M.

scribebam

Joh. Ernestus Gerhardus,

SS. Theol. D. & P. P.

Publi-

at 177
3466

Publica nunc spargis doctrinae semina facta,
Quae collegisti docta per ora virum.
Gratulor ex animo! Porro quoque talia tenta,
Non tuus in studiis sudor inanis erit.

Ernestus Fridericus Schröter, D.

Ostentent alii numerofo Cæsaro plenos
Fastos, & stantes in curribus Æmilianos!
Vivida virtus, & generosior indolis altæ
Ausus nobilitant & ad fastigia ducunt.
Te quoque nunc animat Themidos calor aure-
reus, ausu

Felici ingenium, Germanorumque Themistin
Pandis, perge alacris, sic Te super astra levabis.

Nobilissimo Dn. Autori hujus D.
amicè gratulat.

Johann-Volk. Bechmann/ D.
& PRÆSES.

Judicia Imperii solidè defendis, & olim,
Perge, exercebis judicia Imperii.

Præ-Strenuo Dn. Respond.
gratulab. deprop.

Erhardus Veigelius, Mathema.

Prof. Publ. Alumn. Inspector & b. t.
Facult. Phil. Decanus.

F I N I S.

NC

1777





Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including the words "DICASTE", "GAMERA", "ROY WILHELM", and "UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK".



prob
 cello
 stitu
 redo
 cene
 befa
 aut
 fed
 cora
 dici
 ind
 asyl
 adm
 ul
 tan
 run
 tun
 sua

